

O Fortuna

Spiritual Project

O Fortuna
Velut luna
Statu variabilis
Semper crescis
Aut decrescis;
Vita detestabilis
Nunc obdurat
Et tunc curat
Ludo mentis aciem,
Egestatem,
Potestatem
Dissolvit ut glaciem.
Sors immanis
Et inanis,
Rota tu volubilis
Status malus,
Vana salus
Semper dissolubilis,
Obumbrata
Et velata
Michi quoque niteris;
Nunc per ludum
Dorsum nudum
Fero tui sceleris.
Sors salutis
Et virtutis
Michi nunc contraria,
est affectus
et defectus
semper in angaria.
Hac in hora
Sine mora
Corde pulsum tangite;
Quod per sortem
Sternit fortem,
Mecum omnes plangite!

Here they are again, translated into English:

O Fortune,
like the moon
you are changeable,
ever waxing,

ever waning,
hateful life
first oppresses
and then soothes
as fancy takes it;
poverty
and power
it melts them like ice
fate – monstrous
and empty,
you whirling wheel,
you are malevolent,
well-being is vain
and always fades to nothing,
shadowed
and veiled
you plague me too;
now through the game
I bring my bare back
to your villainy
fate is against me
in health
and virtue,
driven on
and weighted down,
always enslaved.
so at this hour
without delay
pluck the vibrating strings;
since Fate
strikes down the strong man,
everyone weep with me!

Lyrics provided by <https://www.omusic.in/>